



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

32. Quanti valoris oportet, sit res, pro cuius defensione interficere furem,
liceat? Ex part. 5. tract. 4. resol. 18.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

habentem rem alienam in domo sua, si Dominum rei ingredientem ad eam recuperandam impedit, si Dominus nequeat iuridice rem suam recuperare, vel se possit, non tamen ab illo magnis expensis, & molestiis.

Ex part. 8, tract. 7. & Mie. Ref. 47.

Sop. hoc in
Ref. prateri-
ta §. Notan-
tium est
etiam.

§. 1. **N**egatiè responderet Ioannes Harprechtus in comment. de iustit. Iustin. tom. 4. tit. de publicis iudicis, §. Item lex Cornel. n. 195. vbi sic ait. Est perlegans quæstio, utrum furem equo proprio, vel nisi surrepto insidentem, & cum rebus meis aufigoitem, ac quodanmodo auolantem, si aliter cum assequi, & apprehendere, vel res meas recuperare non possum, sagitta, & globo tormentario tranfuerbare, & transfigere, atque ita impunè occidere permittatur? Sed non impune permisum illud esse, firmiter statuendum est, argum. I. si ex plagiis 5. §. Tabernarius 1. sub fine ff. ad l. Aquil. & similium allegatarum suprà n. 173. Neque enim fur iste telo se defendit, nec nocturnus est, nec alium aggreditur; sed potius fuga sibi salutem querit: ac proinde licet occidi non poterit. Sed & planè impium est, bona temporalia, licet in oculis & opinione hominum pretiosa fuerint, etiama tamen fragilia & caduca hominis ad imaginem Dei creata, occisione atque sanguine redimere & recuperare velle. Ita ille, sed nimis audacter. Et hanc sententiam tenerit etiam Obrechtus tract. de defens. necessar. cap. 8. n. 12. & seq. Christianus Kreuburgh tract. de eadem materia, qu. 7. n. 42. Volzius in leg. Cornel. de scavar. c. 7. nu. 104. Bulla de tribus generalissimis praecipis iuris, disp. n. 2. n. 53. Hulicus Hunnius in collegio criminali, disp. 8. n. 51. VVezembecius part. 1. conf. 19. nu. 52. Bocerus de duello, c. 9. n. 2. & alij penes ipsos.

2. Sed contra Harpichtum, & alios dicendum est licet ob defensionem facultatum interficere furem. Probatur.

Primo ex cap. olim. 1. de restit. furi. & ex cap. 2. de homicidio, in quibus id licitum esse supponitur: nam licet in eo cap. 2. dicatur, socius tui, tuaque liberando, unde aliqui volunt non sufficiunt necessitatim liberandu*m* tua, nisi necesse etiam sit te ipsum liberari: verius tamen est, verba illa non intelligi copulatiue, sed disiunctiu*m*, alioquin nec sufficeret sola necessitas liberandi te, nisi adesset necessitas etiam liberandi tua bona. Si autem sola necessitas liberandi te est, que attenditur, frustà additum est, tuaque, cum defensio bonorum nullo modo excusat.

3. Secundu*m* probatur, qui plus excedit vita spirituialis aggressoris vitam temporalem tuam quam eius vita temporalis bona externa tua: si ergo potes defendere vitam corporalem propriam cum dilpendio salutis aeterna iniusti aggressoris, a fortiori poteris defendere facultates tuas cum dispenso vita corporalis eiuidem aggressoris. Et ideo Cardin. de Lugo de iust. disp. 10. sect. a. n. 179. ad casum praesentis resolutionis respondet affirmatiue, sic enim ait: Difficultas in hoc puncto est, an non solùm licet occidere iniudentem, ne auferat tua bona, sed etiam ut recuperes postquam ablata sunt. Communiter Doctores dicunt, posse quidem, vi adhibita, recuperari, si incontinenti id fiat. Unde exemplum adhibent, si fugiar furem cum tuo equo, potes enim eum fugientem telo, vel sagitta occidere, si admonitus non desistat; quia adhuc non est in tuto positus, nec pacifice possidet, ita Molina n. 6. contra Couarruam: Lessius etiam n. 74. & alij passim, quia iniatio rei durat, donec se in tuto receperit, & quia nisi id est licitum, defensio rerum magna ex parte esset inutilis, cum statim re accepta fures essent fecuti, dominus non potente vi impedire, ne cum ipsa abiarent. Ita Cardinal. de Lugo; & prater Doctores citatos hanc etiam sententiam tenerit Gaspar Hurtadus de iust. disp. 11. diffic. 12. vbi sic ait: Obseruandum est non solùm

esse licitum occidere furem rei magni momenti, quando eam initur furari, & etiam quando actu furar, & etiam quando re accepta fugit, quia etiam tunc sensur durare iniatio, seu aggressio; sed, vt adhuc Vafquez de restitut. cap. 5. §. 1. dub. 8. Lessius dub. 11. Bonacina, & alij, etiam esse licitum eum occidere iam post hanc quiete habentem rem illam in domo sua, si dominus, & rei ingredientem ad eam recuperandam impedit; si dominus nequeat iuridice rem suam recuperare, vel si possit, non tamen absque magnis expensis, vel molestiis, quia fur etiam dum haberet quiete rem in domo sua, est actu iniutor rei, & eam habendo infest actu iniustitiam. Secus est quando iam res illa non habet fur, quia tunc non potest dominus vi considerabilis satisfactionem à fure sumere in alia re, quia iam fur non satisfaciens, etiamsi actu peccet non satisfaciens, non est iniutor, sed fuit; ille enim, qui non satisfaciens rem non retinet, non dicitur iniutor, seu aggressor, sed omittens satisfactionem. Ita Hurtado. Non est igitur audiens Harprechtus, & ante illum Couarruam, quem ego improbau*m* in p. 5. tr. 4. refol. 17. vide etiam Carpzovium comment. in leg. Regiam, c. 4. art. 3. n. 2.

R E S O L . XXXI.

An si index desit, possit quis intrare in locum, ubi rem furatam in pacifica possessione fur constituit, & illic occidere cum moderamine, &c: Ex part. 3. tract. 4. Ref. 37.

§. 1. **R**espondeo affirmatiue cum Tannero tom. 3. §. 1. disp. 4. q. 8. dub. 4. n. 82. vbi sic ait. Si index de-est, potest ipsius locum, in quo res deposita est, in-
gredi, eamque sibi vendicare, esti prohibetur vim vi-
repellere. Ita ille, & ante illum Lessius lib. 2. c. 9. dub. 1. n. 75. vbi ita assertur. Si re certo loco deposita volen-
tem ingredi in eum locum vi impedit, tunc videtur
concessum vt vim vi repellam, neamque rem reciprem;
si tamen desit index cuius ope id possum con-
qui. Hac Lessius, & etiam hanc sententiam docet
Malderus in 2. 2. tract. 3. c. 1. dub. 13. & dico sexti.

R E S O L . XXXII.

Quam: valoris oportet, sit res, pro cuius defensione in-
terficere furem licet? Ex part. 5. tr. 4. Ref. 18.

§. 1. **A**d hoc dubium difficile quidem sic respondet Malderus in 2. 2. D. Th. tract. 3. c. 1. dub. 13. Quando res, qua inuidit, parvi momenti est, non licet pro eius defensione furem occidere. Ita plenum Theologi. Limitandum tamen, quando qui res parvum s. utilitatem ne reddat, incipit ferro iniudicare repente, qui calus est in l. si ex plagiis §. tabernarius, §. adl. Aquilam. Nocturnum etiam furem quidam hic excipiunt, verum neque his ob rem modican, quando aliud fecitur non ablatur, occidi potest. Denique fieri potest, vt res modicae magni momenti sit res ipsa profecta, quod hinc considerandum momentum additiones li-
lij Clari, quia forte causa est quare non exprimit Do-
ctores certam quantitatem, ob quam licet iniudicare occidere. Annotationes tamen ad Aretinum de malicio-
cis, moment non debet esse minoris valoris, quam
duorum aureorum. Ita ille, & Iason etiam in l. zim. 6. §.
de iust. & iure, n. 25. & Mathesianus in sing. 13. di-
cunt quod res vilis ad hunc effectum est adiubus au-
reis. Sotus etiam de iust. lib. 1. q. 1. art. 8. Aragon. in 2. 2.
q. 64. art. 7. & Binsfeldius de iniuris & damno dabo. 1.
q. 65. cont. 1. existimant pro re vili, nempe pro valore
duorum, vel trium aureorum, non esse licitum homi-
nem occidere. Vnde videatur hos DD. ascertere, quod si

fur iniuste aggrediatum accipere rei ascendentem ad summam quatuor, vel quinque ducatorum, resistente domino posse illum interficere.

2. Sed plus addit Molina de *Instit. & Iure*, tom. 4. n. 3. disp. 16. n. 7. vbi sic ait. Quando autem quis iniuste aggreditur vispare rem etiam valoris viuis autem, vel minoris adhuc valoris, resistente domino, aut custode illius, certe neque ad culpam, neque ad peccatum audiendum dannare, qui illum defendendo interficeret cum moderamine inculpat tutela iniustum aggressorem; quidquid in contrarium cum Baldo & Angelo dicat Carerius. Ita Molina, & post illum Bonacina de *tract. disp. 2. q. vlt. sct. 1. pnc. 10. n. 1.* & ratio est, quia in tali casu iniusor non solùm rem auferit, sed etiam magnam infest contumeliam, quæ potest per vim repellere.

3. Verum has sententias ego non approbo, nimis enim laxæ videntur; quis enim concedet pro uno, vel duobus aureis vitam hominis licite eripi posse? Nam licet te tuaque tuendi ius habeas, conferendum tamen est dannum quod tibi cautes, cum illo, quod das, quamvis innocentis conditio melior sit. Dico ergo cum Strouersdorf. de *Iust. & iure*, in 2. 2. D. Th. q. 6. 4. art. 7. concl. 4. & alii, ut propter quam alter interficiendus est, debere esse magni momenti vel ex se, vel in suo pretio, vel ex suo consequente, alioquin iniustum esset valde pro re parua eripere vitam hominis. Si tamen, ait Leffius lib. 2. c. 9. dub. 11. n. 68, verteretur tibi probro, nisi rem minimam fumi extorques; tunc posses conari, & si opus esset occidere, tunc enim non tam rei, quam honoris esset defensio. Ita ille, qui citat Sotum.

R E S O L . XXXIII.

An licet pro defensione vita proximi occidere iniustum iniusorem?

Sed difficultas est, an ad id teneatur?

Et quid si vita proximi maximè sit necessaria Reipublicæ, vel sit Princeps, proprius pater, mater, frater, filius, aux viror?

Et quid est dicendum si iniusor cedat iuri suo? Ex part. 5. tract. 4. Ref. 19.

Sup hoc legi doctrinam in Ref.

§. 1. R Espondeo affirmatiōe, nam in omnibus eveniētibus, in quibus dictum est aliquę se, aut sua defendendo posse licite interficere iniustum iniusorem, in eisdem dicendum est esse licitum ceteris suum proximum defendendo interficere eundem aggressorem, quando ita necessarium est ad talē proximi bonorumve illius defensionem. Atque id licebit non solū in præfencia illius, cum adiuando, sed etiam in illius absentia ex præsumpta illius voluntate bona illius defendendo. Ita Molina de *Instit. tom. 4. tract. 3. disp. 18. n. 1.* & alij communiter.

2. Sed difficultas est; an ad id teneatur? Molina de *Instit. tom. 4. tract. 3. disp. 18. n. 3. & 4.* Faber de *refut.* in 4. sent. disp. 52. c. 1. n. 3. vbi sic ait. An vero pro conseruandis bonis externis teneatur tertius occidere iniustum iniusorem, est res valde dubia. Nam quid teneatur denunciare Principi & Iudici, qui eum puniat vitæ ablatione, si opus sit, non est dubium propter præceptum correctionis fraternalis, sed an per se ipsum licet eum occidere pro bonis externis, quæ sunt ordinis inferioris, quam vita, est dubium. Vide aliqui teneant partem negariuam, & ratio desumpta à differentia bonorum corporis & externorum, nulla est, quia hoc casu pari pede curunt cum bonis corporis, quia iam supra concessit etiam Molina licet uniuersique occidere iniusorem tam pro defensione sua vitæ, quam suorum bonorum, ergo eadem ratio militat in defensione proximi. Cum ergo sacra Scriptura obliget uniuersique ad defendendum proximum innocentem, iuxta illud Ezech. 17. *Vniciisque mandauit Deus de proximo suo.* & Pron. 24. *Eru cos qui ducantur ad mortem, & eos qui trahantur ad interitum liberare non cesset.* & haec sit lex naturæ, sequitur quid pro liberandis bonis externis proximi innocentis, teneatur occidere iniustum aggressorem,

hoc etiam assertunt quando ex officio promisso, aut contractu obligatur quis ad custodiā proximi, & ita ex Arctino & Suarez docet Malderus in 2. 2. tract. 3. cap. 1. dub. 15.

3. Sed dices, quid si iniusor cedat iuri suo? Respondeat Malderus vbi *supr. posse adhuc licet occidi iniusorem proximi, cum enim non sit dominus vita suæ, possum etiam eo iniuste velle custodire, tanquam mandatarius Domini, qui uniuersique mandauit de proximo suo.* Idem docet Tannerus 109. 3. *disp. 4. q. 8. dub. 4. n. 80.* sed limitatur hæc opinio; nisi iniusor serio dicat se nolle defendi, sed velle potius mori, quam occidatur iniusor in peccato mortali.

R E S Q L . XXXIV.

An licet occidere iniusorem pro defensione rerum exteriarum proximi?

Sed difficultas est, an ad id teneatur?
Et quid, sex officiosiustitia lege, ut Ministri publici, &c. teneantur defendere proximum? Ex part. 3. II. 4. Ref. 20.

§. 1. R Espondeo affirmatiōe, nam in omnibus eveniētibus, in quibus dictum est aliquę se, aut sua defendendo posse licite interficere iniustum iniusorem, in eisdem dicendum est esse licitum ceteris suum proximum defendendo interficere eundem aggressorem, quando ita necessarium est ad talē proximi bonorumve illius defensionem. Atque id licebit non solū in præfencia illius, cum adiuando, sed etiam in illius absentia ex præsumpta illius voluntate bona illius defendendo. Ita Molina de *Instit. tom. 4. tract. 3. disp. 18. n. 1.* & alij communiter.

2. Difficultas est, an ad id teneatur. Molina vbi *supr. n. 4.* negatius respondet, quoniam lex charitatis non tam arcta obligare videtur, ut cum tanto iniusoris detrimento teneatur quis conseruare bona proximi longè inferioris ordinis, præsertim cum si iniusor tunc sine interficiatur, regulariter vñā cum corporali vita amitteret aeternam. Adde quid ea interficit non fieret sine maximo horrore, ac difficultate interficiens; lex autem charitatis non est celsa obligare id horroris ac difficultatis subire, ut cum tanto detrimento iniusoris bona longè inferioris ordinis defendantur. Ita Molina, qui affirmit suam doctrinam intelligendam esse de his, qui non tenentur ex officio, vel iustitia lege, ut Ministri publici, &c. defendere proximum.

3. His tamen non obstantibus affirmatiōem sententiam tenet Philipp. Faber de *refut.* in 4. sent. disp. 1. 9. 3. *disp. 52. c. 1. n. 3.* vbi sic ait. An vero pro conseruandis bonis externis proximi teneatur tertius occidere iniustum iniusorem, est res valde dubia. Nam quid teneatur denunciare Principi & Iudici, qui eum puniat vitæ ablatione, si opus sit, non est dubium propter præceptum correctionis fraternalis, sed an per se ipsum licet eum occidere pro bonis externis, quæ sunt ordinis inferioris, quam vita, est dubium. Vide aliqui teneant partem negariuam, & ratio desumpta à differentia bonorum corporis & externorum, nulla est, quia hoc casu pari pede curunt cum bonis corporis, quia iam supra concessit etiam Molina licet uniuersique occidere iniusorem tam pro defensione sua vitæ, quam suorum bonorum, ergo eadem ratio militat in defensione proximi. Cum ergo sacra Scriptura obliget uniuersique ad defendendum proximum innocentem, iuxta illud Ezech. 17. *Vniciisque mandauit Deus de proximo suo.* & Pron. 24. *Eru cos qui ducantur ad mortem, & eos qui trahantur ad interitum liberare non cesset.* & haec sit lex naturæ, sequitur quid pro liberandis bonis externis proximi innocentis, teneatur occidere iniustum aggressorem,